

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Infortunii magni tutela.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A DE PHOCA. CAP. XIX.

Phocas fluvialis addetur Equo, cui similiter vita in aqua & in terra communis: eam nos Vitulum Fel à magis
tu quem e-
dit, Plin. b.
g. cap. 23.
marinum, à specie tergoris instar Boum vilosi, nuncupamus.

SOMNICULOSUS. CAP. XX.

Superfluum vero esse videtur rationem afferre, cur somniculosus homo per simulacrum ejus ex-primeretur, cum de profundo ejus somno diurnaque; authoribus veternotitate tam multa passim à Græcis Latinisq; authoribus memoria prodita reperiantur: quo scilicet pacto sternunt se somno di- Quod scilicet
est p̄sonant
& dormiunt
in terra, &
pena ejus-
dem saporis
fera dicta
Plin. lib. 9.
c. 23.

INFORTUNII MAGNI TUTELA. CAP. XXI.

ID potius referam, quod hominem ita res suas procurantem, & aduersus pericula auxilia disponen-tem, ut à quo cumq; vel maximo infortunio tutus habeatur. significare qui volunt, eum Phoca co- in terra, &
pena ejus-
dem saporis
fera dicta
Plin. lib. 9.
c. 23.
rium induit pingunt. Vitulum siquidem marinum ex aquatilibus fulmine non ici observatum est Georg. l. 4.
taq; mortalium id persuasione receptum, ut vulgo cingula ex ejusmodi corio comparentur, quæ infortuniorum ieiunio amuletum esse creduntur. Veteres autem calamitates à potentioribus il-latas, fulminum jaçib; & equiparare soliti sunt. Et fulminare dicuntur Reges, cum quid in alicuius perditionem molintur. Sic, *Cesar ad altum fulminat Euphratem*, apud Maronem legas: apud Ovidiu-m vero, se totiens Augusti fulmine petuit.

URINATOR. CAP. XXII.

URinatorem etiam hominem per animal hujusmodi significare mos fuit, quando in sicco geni-tum nullum hoc magis undis ex disciplina soleat assuefieri. Pariunt enim in continentia Phœcæ, pauloq; post catulos educunt, ut mari assuecant, & evestigio reducunt: idq; sibi facit tantus usque-quo paulatim confuescant maris contubernium non aspernari.

DE MURÆNA. CAP. XXIII.

MURÆNA quoq; in siccum exit: & terrestrium commercio delectatur. Quid vero hinc significetur. c. videamus,

ALIENIGENARUM PORCUS. CAP. XXIV.

Per hanc pītam Ægyptii Sacerdotes hominem alienigenarum concubitum appetentem, exter-nive matrimonio copulatum intelligebant: siquidem hæc ut Licinius Macer tradit, feminei Plin. l. 31. c.
z. hec e-
nnia.
tantum sexus est ideoq; de mari egressa Serpentibus copulatur, atq; inde concipit, ob id sibilo à pisca-toribus tamquam Serpentibus evocari & capi: Aristoteles tamen, utpote qui Murænam marem agno-scit, uti suus in plerisq; hujusmodi mos est, hoc negat, tamestsi in terram prodire, atq; ibi sepe capi, non inficiatur quamvis Andreas Physicus, qui Nicandro glossemata quadam subjecit, totum id men-dacium esse profitetur, & neq; Murænas in continentem prodire, neque Viperis porratora commi-sciri contendit. Attamen cum Ægyptiis Archelaus id afferit pro comperto, neq; dissimulat Nicander, qui pisca-tores ait, quamprimum Murænas in continentem exire conspexerint, metu percusso in mare statim se demergere, quo se ab Viperarum istu tueantur. Hoc idem D. Ambrosius in Hexame-to, Basilius Magnum setutus, affirmat.

MORES CONJUGIS FERENDI. CAP.

A Viperis enim ait sibilo Murænas evocari, idq; perinde ac si hieroglyphicum esset interpretatur: Plin. lib. 31.
id scilicet ex hoc innui, ut mulier admoneatur, ferendos esse mariti mores, sit licet fallax, asper, capras
inconditus, temulentus, lubricus, multaq; in hanc sententiam.

ADULTERIUM. CAP. XXVI.

Basilius ex hoc congressu, Anguis & Muræna adulterium interpretari videtur: admonet enim eos qui nuptiis insidianter alienis, discant cuinam feræ, cui reptili sint similes, cum naturæ quoddam adulterium Vipera Muræna que conjunctio videatur: atque huc potius respicit Ægyptiorum hieroglyphicum. Quare minimè mirum si Crassus, vir satis impurus, Murænam mira-docili-